Dicunt igit isti qd de rebus potest esse scientia du- pliciter: Vno modo qñt ad essentia Alio modo qñt ad esse verbi grā cum diffinitio nō dicat nī si essentiam et non dicat esse vel non esse p ipsam scit⁹ res solum qñt ad essentia et ita de et scia de monstrata vbi passio p sepe sequēs essentia rei de monstratur de subiecto suo p ipsius diffinitionē sed demonstratio terminans questionem si est fa- cit scire rem qñt ad esse. Dicunt igit isti qd si- cut res sūt scibiles ita sunt eterne si enī sint scibi- les qñt ad essentiam solum non opone⁹ qd sint eterne qñt ad esse rei. ¶ Illa opinio non pla- cet michi. ¶ Primo qd nō puto qd esset essentia rei distinguant⁹ in ipa re pter aīam quā i videret eby quarto methaphysice. Secundo qd periculosū mi- chivide⁹ i fide dicere aliquā rē esse etnā que non sit etna. Tercio quia v⁹ michi implicare cōtradictio- nem qd essentia maneat et nō esse quia quod manet est et habet esse. Quarto quia si essentia manens suscipit esse et nō esse nō oportebit aliam ponere materiam: quia illa essentia poterit esse et esse et trā mutationem et terminos trā mutationis cum ipsa maneat eadē. ¶ Vnde qd videt michi qd hoc nomē essentia nō ē nisi abstractū hui⁹ pcreti ēē sicut entia- tas hui⁹ pcreti esse et qd uas hui⁹ pcreti qd et reali- tas hui⁹ pcreti residuo sicut res dī albedine alba ita dī essentia esse et entitate ens et qd uas qd vel aliqd. ¶ Et cōueniētia multa pnt adduci ptra: ita opinio sed ego pmaneo eo qd hoc est i pūti nī mis speculatiū. ¶ Et qd aut suplib⁹ te gene- ratione diffinit⁹ triplex esse rerū scz in aīa in suis causis et i effectu seu in esse pducto. ¶ Dicit igit qd qd scia cū habeat de reb⁹ p suas causas nō habet- tur de rebus qñt ad suū esse i effectu. ¶ Dicit qñt ad esse quod hnt in suis causis ppter qd ipe pcedit res scibiles esse etnas p esse quod habent in suis causis sed nō oportet eas esse etnas ppter eū suo in effectu. ¶ Sed nec ista opinio michi placet: quia nō est verū qd scia non habeat de rebus pro- esse iuo in effectu quia tūc effectus non sciretur per suas causas qñt esse quod habet effectus in causis put distinguat⁹ ab esse in effectu non est vt puto nisi per esse causarū ideo non sciret nisi esse causarū. ¶ Item scio per librum methaurozum qd tonitruū est sonus factus in nubibus et qd plu- uia est aqua in nubibus gurgitum cadens: et cau- tem non sunt vera nisi quātū ad esse pluuię et to- nitruū in effectu. ¶ Item res p esse quod habēt in causis distinctū ab esse quod habent in effectu non habent nisi in potentia igit res non sciretur nisi quantum ad esse potentiale et non actuale. ¶ Item si res essent scibiles solum per esse quod habēt i causis et ita eterne vel hoc esset per esse quod habent in causis sufficientibus vel in cau- sis non sufficientibus: si nō sufficientibus seque- reter qd non posset scientia pfecta de eis haberi i sufficientibus tunc etiam esset et eterna p esse in effectu quia positis causis sufficientibus ponit⁹ ef- fectus. ¶ Item forma est vna causa et principa- lis causa ideo oportet rem scibile scdm istos esse eternā p esse quod habet in causa formali: quod non esset nisi causa formalis sit eterna: et tamē si sit eterna effectus est etern⁹. ¶ Illa igit opinio

reprobat illā
opione ponē
tē esse distig
ab essentia

scda opinio
egidi⁹ diffinit
triplex ēē rerū

improbat egi
diū de roma

Secundo

Tercio.

Quarto

excusat et def
fedit beatorum
thomam

duplex ē finis

finis vltimat⁹
dupl^r pfirmat⁹
tur

quod rectitudo
appetitus re-
spectu finis ē
terminat appe-
titū respectu
eoz qd sunt ad
finem.

multipliciter deficere videtur. ¶ Alij autem distinguunt alia in opposita diuina et singularia non solum secundum conceptum figuratiue in se sed et in re extra in tantum: quod dicunt vniuersale et particulare pro re extra nec esse generabile nec corruptibile singularia autem dicunt esse generabilia et corruptibilia. Dicunt igitur non de singularibus sed de vniuersalibus esse sciam et ita scibilia dicunt esse perpetua licet eorum singularia sint corruptibilia. Sed ego puto quod vniuersale non sit propter aiam distinctum a singularibus quod ad prius suppono ex septimo methaphysice: si esset distinctum tamen nisi esset idea separata non posset manere. omnibus eius singularibus corruptis et tamen notum est tibi: videtur quod si oēs rose nunc essent corrupte sic quod nulla modo esset vel modo si nulla sit tonitrua: nulle stelle comete: aut nulle eclipses solis aut lune: tamen medicus ob hoc non amitteret scientiam quam habet de rosa: nec astrologus scientiam quam habet de eclipsibus: nec tu scientiam quam habes de libro methaphysici de tonitruis et stellis comas: imo tu posses me docere sciam libri methaphysici sicut si essent mille tonitrua. Ideo talis distinctio de vniuersali et singulari pro re si concedere tamen non valeret ad propositum. ¶ Alij autem ponentes vtilia putant sunt distincta a singularibus non nisi per operationem a se sicut Argo et commentator (ut puto) velle videtur dicunt quod scibilia pro re extra sic debet esse eternum quod semper sit aliqua res vel semper sint aliquae res per quas vel per quibus terminum conclusionis scibiles supponant ad quod non recurritur aliquam illarum rerum esse perpetuam sed sufficit individua eiusdem speciei perpetuo sibi succedere per generationem ita scilicet quod exemplificando de equis vel asinis: nunquam sit verum dicere nullus est equus nullus est asinus. Sed adhuc puto nec illud esse necessarium quoniam sicut dictum fuit non oportet medicum amittere sciam de rosis si nulle sint rose. et cetera. ¶ Credo tamen quod res scibiles per quibus terminum conclusionis supponunt non oportet esse perpetuas aliquo predictorum modorum: sed possibile est eas sic ex toto esse corruptibiles: quod aliqui sit verum dicere quod nulla talis res est: verbi gratia credere me veram sciam habere de tonitruis et comets licet nulla modo esset tonitrua et nulle stelle comete neque mirum quod si michi demonstratus fuit quod ois triangulus habet tres angulos: et cetera. Ego per huiusmodi demonstrationem non solum habeo notitiam de triangulis qui nunc sunt sed de preteritis vel futuris et presentibus aliter sequere quod si cras fieret nouus triangulus: ego nescirem tunc quod ois triangulus habet tres: nisi michi reuerteretur demonstratio tunc continens illum nouum triangulum quod est absurdum dicere dico igitur quod per librum methaphysicorum ergo habeo scientiam de omnibus tonitruis preteritis presentibus et futuris si aliqua sint presentia et si nulla sint presentia tunc habeo notitiam de preteritis et futuris solum. ¶ Sed tunc occurrit dubitatio quoniam scientia requirit correspondentem seu adaequationem ad res scibiles quod scientia exigit quod sit vere conclusio et veritas consistit in adaequatione intellectus ad res intellectas: cum autem res intellecte non essent nulla erit ad ea adaequatio quod enim nichil est nulli adaequatum ergo de his que non sunt scientia haberi non potest. ¶ Ad hoc respondent aliqui quod siue de

rebus existentibus siue non existentibus aut etiā
impossibilib⁹ existere cōtingit habere sciam, quo
ad ppositiones q̄ de his formari p̄nt perpetue ve
ritatis ita scz q̄ nūq̄ possunt esse false: dicunt er
go isti q̄ de his que nō sunt etiā que nec esse p̄nt.
possunt formari ppositiones perpetue veritatis
cathogorice sed in negatiue. vt q̄ vacuū nihil est
et ita sciam habeo de vacuo negatiua. ibi ei salua
sur adequatio illa que ad veritatem ppositionis
requiritur non enī oportet q̄ sit aliqua res que sit
equalis intellectui. sed hoc solū requirit q̄ ita sit
aut non sit in respectu intellect⁹ intelligit de re eē aut
nō eē. Intellect⁹ igit est verus quo itelligor vacuū
nō esse q̄ ita est in re q̄ vacuū non est. ¶ Secū
do isti dicūt q̄ de his que non sūt possunt forma
ri ppositiones perpetue veritatis affirmatiue: scz
tamen p̄thetice vt si vacuū est ipsum est locus:
vel si tonitruū est ipsum est sonus in nubibus: et
ita de nō entibus potest haberi scia affirmatiua:
in dictis enī ppositionibus salua ē adequatio i
intellectus ad rem sufficiens ad veritatem qm̄ intel
lectus non intelligit q̄ vacuū sit locus sed q̄ si es
set: esset locus ⁊ ita licet in re vacuū non sit locus
tamen in re si vacuū esset esset locus. ¶ Tercio di
cunt isti q̄ de his q̄ non sunt nulla pōt formari p
positio cathogorice affirmatiua vera saltē de in
esse et sub verbo p̄ntis temporis si enī nulla sint
tonitrua ista nō est vera tonitruū est sonus: qm̄ qd̄
non est: non est sonus ⁊ q̄ ppositio affirmatiua
per logicas regulas ex eo est vera q̄ terminus sup
ponunt pro eodem: quod aut non est nulli est idē.
¶ Ideo dicunt isti q̄ in scia de talibus rebus nō
debemus intelligere ppositiones cathogorice li
cet cathogorice proponant gratia breuitatis sed
p̄thetice verbi gratia in libro methaurozi non
debeo istam ppositionem tonitruus est sonus in
nubibus intelligere cathogorice quia nō esset sci
lis scz p̄thetice scz q̄ tonitruū vel q̄cūq̄ toni
trum est ipm̄ est sonus in nubibus. ¶ Et credo
q̄ tāta fuit orta cōtrouersa inter opinantes ex de
rectu logicæ videtur enī michi q̄ noīa que signifi
cant res nonne con significādo tempus determi
natum significāt indifferenter res p̄ntes p̄teritis
et futuras nec mirū quia possum itelligere rē
illam cōitelligendo tempus determinatum. vñ
possum apud intellectū pponere inter cōceptū
et cōceptum temporis ita p̄ntiri vel futurū ē
et p̄ntis vt dicendo cesar fuit cesar erit. ⁊ ita nō
incōueniens aliq̄ terminum supponere pro
p̄teritis ⁊ futuris sicut p̄ p̄sentibus. ¶ Duplex
scdm̄ antiquos logicos est terminū cōmunit
supposito scz naturalis et accidentalis. Accidēta
li est qm̄ terminus solū supponit p̄ suppositis ali
cuius determinati tēporis naturalis aut est qm̄
supponit indifferenter p̄ oībus suis suppositis si
sint p̄ntia siue p̄terita siue futura. ⁊ hac sup
positione vtunt scie demonstratiue aliter per de
monstrationē ostendentē q̄ triāgulus habet tres
angulos. Non haberemus sciam de triāgulis futuris
sed est incōueniens vt dictū fuit. ¶ Et argo primo
terminorum dāti intellectū ppositionis de oī vbi
termini habent dictā suppositionem naturālē q̄
de oī hōie vñ aīal quia si verū est dicere aliquid

hominem. verum est illud dicere animal. et si vere
alterum. et alterum. hoc est dictum quod ista propositio
homo est animal vel omnis homo est animal. et de
omni secundum suppositionem naturalem. si quicquid
est verum dicere hominem. et quicquid est verum dicere
hominem ipsum et tunc sit verum dicere animal. et ita
hec est vera tonitruum est sonus in nubibus referen-
dos singula singulis. ¶ Sed statim diceret aliquis
domine vos coincidentis cum opinione preceden-
te. quoniam dicta propositioni scilicet vos assignatis se
sum ipoteticum et alij concedebant de talibus pro-
positiones ipoteticas necessarias et scibiles. Respon-
deo quod forte hec opinio et illa eandem intendebat
sententiam. sed differunt secundum logicam in modo
loquendi. primi enim non concedunt in predictis rebus
propositionem cathegoricam in sensu cathegorico ego
autem concedo eam esse veram secundum suppositionem na-
turalem. nec oportet si sensus alicuius propositio-
nis declaratur per ipoteticam quod propter hoc illa pro-
positio sit ipotetica. si enim omnis propositio esset ipo-
thetica. istius est propositionis hoc currit sensus ex-
plicari potest per istam ipoteticam fortes currit vel pla-
to currit et sic de singulis. et sensus istius omnis hoc
currit potest explicari per istam fortes currit. plato cur-
rit et sic de singulis. Nec due rationes aliorum pri-
us adducte concludunt. Ad primum quando dicitur
quod non est. non est sonus nullum tonitruum est
ergo nullum tonitruum est sonus. dicendum quod si
nulla sint tonitrua maior et minor sunt vere quia
terminantur in verum trahuntur ad suppositiones ac-
cidentalem scilicet pro suppositis presentibus solum
future habentur. ubi est secundum adiacentis. id est conclusio bene in-
fertur intelligendo quod termini in ea supponant ac-
cidentaliter. sicut in premissis. sed non intelligendo
quod supponant naturaliter imo esset fallacia figure
dictionis et variationis suppositionis. Ad aliam
quoniam dicitur quod si propositio affirmativa vera termini
debent supponere per eodem. concedo per eodem posuit
preterito vel futuro sic enim est verum dicere quod aliquid
animal fuit in archa noe quia ibi tunc erat aliquid
animal et ens in archa noe. et tamen concederem
cum opinione predicta quod si terminant propositionis vel
alter eorum per nullo supponeretur neque posuit neque pre-
terito neque futuro. propositio cathegorica affirma-
tiva non posset esse vera. ubi ergo haec est falsa va-
uum est locus non repletus corpore si vacui ca-
piatur significatiue. quia tunc terminant non posuit sup-
ponere per eodem quoniam vel ambo vel alter eorum per nul-
lo supponit. predicta tamen propositio est concedenda si
vacui capiat secundum suppositionem materiale. et est
predicta diffinitio dicentis quod nois de diffini-
to talis enim est definitio inter diffinitionem dicentem quod
nominis et diffinitionem dicentem quid rei. quod dif-
finitio dicens quid rei verificatur de termino dif-
finito supponente personam. ut hoc est animal rationale
diffinitio pro dicens quod nois verificatur de termino
diffinito supponente materialiter. sub hoc sensu
vacuum est locus non repletus corpore id est hoc
nomen vacuum significat locum non repleti cor-
pore et est propositio cathegorica affirmativa et ve-
ra et uterque terminorum pro vero ente supponit. Nec
autem omnia quae non sunt moralia nunc dicta sunt trun-
cate poteris magis explicite invenire per scrutata

si vis in scripto meo super summulas vbi tractatum est de suppositionibus ¶ Sed adhuc aliquis poterit dubitare quòd scia poterit ab arte et prudētia differre cū ipsa pcedat versari circa res contingentes sicut ars et prudentia Respondeo q licet scientia sit de rebus extra contingentibus est tñ de conclusionibus et ppositionibus nō contingētib⁹ alit⁹ se habere mō pdicto. ars autē et prudentia sunt de pclusionibus ptingentibus et ex ppositionibus contingentibus scz quas contingit alibi vel alias esse falsas. concludit ei medicus modo q iste infirmus non debet bibere cras hec conclusio erit falsa iō pcludet oppositū et dabit ei vinū propter varietatem materie et circumstantiarum singularium quas opz considerare artificē prudentem non autē scientem et sapientem Et vide cū hoc aliam differentiam que declarata fuit in questione quarta huius sexti libri ex parte rerum extra ¶ Ad rationes in oppositū Ad primum dicendum q si eternum illo modo propriissimo capiatur nihil est eternum nisi solus deus iō nec oē scibile dicemus sic eternū: sed mō pdicto. Ad aliarō et rationes ad oppositū pcedunt viis suis. Et finitur questio.

1. **Actio** dicitur. vbi actio et factio ptra
 inuicē distingunt. Ar qd nō sequeret
 qd faceret duo pdicamēta qd ei rōne
 actio eēt vnu pdicamētū eadē rōne
 et factio et cōfz pīs ē falsū qz tūc ef
 sent plura pdicamēta qd decē. ¶ Itē agēs et fa
 ciēs nō distinguunt inuicē qz neqz actio et factio. asis
 ps qz si distinguerent tūc essent plura genera cau
 sarum qz quattuor quod ē ptra Ar. ¶ Item agi
 bile et facibile non distinguunt inuicē. qz nec actio
 et factio. asis pbatur quia sexto methaphysice di
 cit Ar. qd idē est agibile et eligibile. et in facibilia
 sicut domus et lectus eligibilia sunt quia et bonaz
 ordinata ad finem. ¶ Itē omnes operationes vir
 tutū sunt actiones cum spectēt ad prudentiam et
 in oēs sūt factiones quia de quato huius qz sūt
 est bñ facere et in primo magnorum moralium dē
 qz sūt est potentia bñ factius multozū et magno
 rum. ¶ Oppositum dicit Ar. dicens alterum ei
 est actio et factor neqz pñētur subinuenit neqz
 enim actio factio. neqz factio actio est. Ex quibz
 infert dicens quare et cū rōne habitus actius al
 terum est ab eo qui cū rōe factius est habitū. vñ
 econuerso possumus sic arguere ars et prudētia
 ptra inuicē distinguunt. sed distinctio iparū ex hoc
 sumitur (vt dicit Ar. qz ars est factius habitus
 et prudentia actius ergo actio et factio distinguunt
 ¶ Sciendum est qd actio et factio quādoqz sumū
 tur cōiter scz put extendunt se ad oēm motum et
 mutationem: et ita actio et factio sunt simonia et
 ita pñētur vnum decem pdicamentozū sic au
 tē de his non loquitur Ar. in hoc loco. Aliomō
 sumuntur proprie put actio pertinet spēaliter ad
 prudētia et factio ad arē. et sic distinguuntur cōtra
 inuicē. aliter araz prudentia non distinguerent
 Sed de modo per quē distinguuntur est dubitatio
 dicunt enī multi qd factio est que transit in mate
 riā exteriorē. vt domificatio fabricatio et huius
 modi. actio autem est que manet in agente vel in

tellectic et volitio. Sed ista tria multa includit du-
bitatione. pmo qz ois opatio punit ad prudentia
videt dici actio vt Ar. velle videt. Et iteru ois
operationes punit moralium sunt actiones qz tñ mul-
te transiunt i materia exteriori: fortuna namqz
opaf circa inimicos ipantia circa cibos et potus
et mulieres: liberalitas circa pecunias magnifice-
tia pstruit ecclesias et magna edificia et sic de alijs
ergo multe actiões transeunt in materia exteriori
¶ **Secundo** ¶ **Ar.** qd cūqz artes opatiōes debet dici factiones
et non actiões. si ars et prudentia bñ distinguat per
hoc qz ars sit hñ factiū et prudentia hñ actiū
sicut dicit Ar. sed multe opatiōes imāntes pti-
nent ad artes velle enī et intelligere pertinent ad
artes sicut ad prudentia. quia p intellectū et volun-
tatem artes operant sicut et prudentia. ¶ **Alive**
ro dicunt qz Aristo. n nono methaphysice et in p-
hemio ethicoz. et in principio magnozum mora-
lium distingit duplices operationes has quidem
quarū alieqz aliqd sit pter vsum vt edificatio con-
terio: alias aut quaz non est aliquod aliū opus p-
ter operationem: vt visio intellectū pmas igitur
operationes vocat Ar. pmo magnozum moralium
um factiones: circa quas dicit esse artem alias au-
tem vocat proprio nomine operationes id ē actio-
nes circa quas dicit esse prudentiam. ¶ **Sed** iteru
rum est hoc est dubitabile n multipliciter. ¶ **Primo**
quia ista posio incidit in ptozem quod patet no
no methaphysice per aristo. dicentem quozuncun-
qz igitur alterum est quod sit pter vsum horum
actus in factio. vt edificatio in edificatio et conie-
ctio in coniectio quozqz vero non est aliquid aliud
opus pter actionem in ipis existit actio. vt ve-
stio in vestire et speculatio in speculante. ergo qz
cūqz inconuenientia adducta sunt contra pcedē-
tem opinionem possunt adduci contra istā. ¶ **Ar.** in primo magnozum moralium ponit cūqz
risare inter operationes quarum non est aliqd ali-
ud opus pter operationem: n cūqz risare non vide-
tur esse actio sed factio: cum magis videatur per-
tinere ad artem qz ad prudentiam: et non est dubi-
um quin multe sint tales artes quarū pter ope-
rationes nihil extra manet qz erat pmo Ar.
satis innuit ptohemio ethicoz. ¶ **Non** obstanti-
bus tamen dictis obiectionibus forte qz opinio-
nes pcedere non sunt ex toto abiiciende: puto ē
super actionem et factionem seu agibile et factibi-
le volumus obiectiue distinguere artem et pruden-
tiam: qz actio dicitur pmo et pncipaliter debet i-
cipi factio interior et ex consequenti siue per
attributionem on: nis operatio inquantum ab ele-
ctione siue per electionem procedit dicitur etiam
actio ppter hoc enī dicit Aristo. sexto me-
thaphysice qz actiū arum scientiarum principium
est que in agente pheresis id est electio idem enim
agibile et egibile vt dicit Ar. factio aut pmo et pnci-
paliter dicitur operatio siue mor: exterior quo
aliquid sit extra mentem: sed secundario et patri-
butione factio dicitur on: nis operatio ad huius
modi factionem exteriorē finaliter ordinata.
¶ **Hec** autem rationabiliter persuaderi possunt. p-
mo quia paxis si proprie sumatur idem est quod
actio licet quandoqz communiter acceptis extēdit

se ad factionem. quā describēs Eustratius dicit
qz paxis est secundum electionem hominis opa-
tio et idē videt sentire Ar. secundo physicoz ca-
pitulo de fortuna. vbi loquendo ppe de actione
et paxis dicit. fortuna quidem ē et quod a fortuna
quibuscunqz cōtingere vtiqz inerit. et oino actus et
actio. vñ nece ē circa practica esse fortunā. qre qz
buscūqz nō pūgit bñ agere. neqz a fortuna aliqd
facere. et ppter hoc neqz iōiatū nihil neqz ifans ne-
qz bestia neqz facit a fortuna qm nō habent ad p-
positū pū igit qz actio nō iuenit ppe nisi agētibz
a pposito agere aut a pposito ē agere scd electione
ne. ¶ **Ar.** ille opatiōes specificat artem et prudentia. se-
cūdu qz attēdit bonitas artem et prudentia. et
bonitas prudentia se bñ habēdo opatiōes scd ele-
ctionē interiorē. sicut apput scd huius. vbi dicebat
Ar. adhuc aut neqz ille ē iōiatū et iōiatū bñ
moralibz qz prudentia regulat. qz ei iōiatū bñ
hñ iōis sufficit igit hec qz hñtia fieri. qz aut scd
patescunt neqz hec qz hñtia habēat iōis et ipare opa-
ta sū. et si epas qz hñtis opef. pmo qdē si sciens
decide si eligēs. ¶ **Et** pappos subdit qz scire parū p-
dest ad patescunt eligere aut nō pax ppter qdē enī dicit
est iōis libro qz electio pū videt ēē hñtia ma-
gis electiōibz mores iōicare qz opatiōibz. videt
igit qz electio interior et opatio exterior distingunt
artem et prudentia. ppter qdē hec qdē actio dicit
ppter illa factio. ¶ **Sz** pū modū dicit dicitur
ēē dubitationes qz pmodos ptores adducte fuerunt
¶ **Primo** qdē qz ois operationes spectantes ad pruden-
tia videt dici actiões. et tñ multe operationes ex-
tiores spectat ad prudentia vt oisū fuit. Scd qz opa-
tiões spectantes ad artem debet dici factiones: et tñ
ad multas artes speciat multe electiões. ¶ **Tertio**
qz Ar. pmo magnozum moralium cūqz risare dicit o-
perationē intelligens idē ibi quod hic pactionem
et tñ cūqz risare non est electio interior. ¶ **Item** si
non solū electio sed enī cperando scd electionē
pcedēs dicatur actio. tunc domificatio qz vere est
factio quedam: diceretur actio tunc enī specula-
tio erit actio. qm ita qz eligimus speculati aut
domificare sicut foriter bellare aut liberaliter o-
rare: et sic sequeretur qz artes seu scientie factiue et
scie speculative essent scie actiue quod nō pcedi-
tur. ¶ **Ad** euidentiā istoz est sciendum qz ois hñtia
intellectualis cōis est operatio intellectus sed diffe-
renter quoniam omnis opatio intellectus ordinata
finaliter ad dirigendū opatiōē exteriorē vt ipsa vel
res opata sit in se bona et perfecta: sz factio siue
operatio factiua et pertinet ad artem: ois aut opatio
intellectus ordinata finaliter ad dirigendū electionē
vt electio sit in se bona seu honesta dicitur actio
siue operatio actiua et spectat ad prudentiam sed
ois opatio intellectus que nec ad dirigendū ele-
ctionem nec ad dirigendū opatiōē exteriorē hñ-
noliter ordinat. sed vel ad nullā aliā opatiōē hñ-
minis ordinat. vel solū ordinat finaliter ad vltimo-
rem intellectus opatiōē. sz speculatio seu ope-
ratio speculatiua. et spectat ad habitus speculati-
uos. Scias tñ qz operatio intellectus domificatio
ris dirigens electionē lignoz et lapidum. ad hoc
qz domus sit in se stabilis et firma et pulchra non

Confirmatio.

obicit hñtia
modū et pce-
dentes

Secundo

Tertio.

Quarto.

quod opatio hñ-
tia intellectus
lis factio fa-
ctio vt specu-
latio scdm qz
ad diuersa re-
fertur.

ptinet vt sic ad prudentia simplr: nec etiā hñtio
electio sed ad artem domificatiōē eo qz hec oia fi-
naliter reducunt i factionē exteriorē et ita hñtio ele-
ctio et opatio nō dicent actiones sz factiones si-
ue factiue opatiōes. Sz tu dices qz nō ois electio-
nes debet dici actiões: nec ois punit ad pruden-
tia: qz videt prieri pdictis: dicendū ē qz electio p-
prie loquendo non est ipi finis: sed eoz qz sunt ad hñ-
nē finis gfa vt dicit i tertio sed ipi finis est vo-
luntas ita qz finis scdm qz hñ rōem finis ē volūbilis
et ordinata i finē sunt eligibilia ppter finē volūbilis
Duplex aut est finis sicut in quita questione dicit
fuit. ¶ **Unus** qz est cōis et vltimū finis ois opabiliū
hñtiōis: et est hñtia felicitas. alit ē finis particu-
laris aliqri opatiōis et i vltiori finē ordinabilis
vt domus aut lectus finis cōis et vltimū finis scdm
se et simplr bonus et optimus: est simplr volūbilis
et ita omne ordinabile in ipm est simpliciter eligi-
bile secundum qz ordinat in ipm: ppter quod et
volūbilis finis: et electio eoz gfa ipi dicende
sunt volūbilis finis: et electio eoz gfa ipi dicende
semper spectat ad prudentiam: quia prudentia si-
plicitur sibi statuit cōem et vltimū finem totius hu-
mane vite: sicut post dicitur: sed finis particula-
ris quem ars sibi statuit vt domus aut lectus: cū nō
sit simplr et secundū se p bonū sed pignari pmo
le vti: nō est simplr et scd seipm volūbilis: et pñt
nec ea qz ad talē finē ordinant sunt simplr eligi-
bilia scdm qz ad talē finē ordinant non enī sequit
eligibile ad talē domū facere firmā et pulchrā. qz
eligibile quia possibile est qz talem domum face-
re firmam et pulchrā est valde malū ppter circū-
stantias incidentes vt si latrones debeant eam in-
habuare et per pñs electio talium ppter talē finē
non est dicenda electio simplr. ¶ **Quia** igitur qz ele-
ctio simplr semper dicenda est actio simplr per-
tinet ad prudentiam simplr: electio aut ad aliqz
finem particularem: puta ad domum vel lectū fa-
ciendū non est actio simplr nec pertinet ad pruden-
tia si pliciter: sed ad prudentia scdm qd: scd
quā dñmus aliqz non prudentem hoīem sed pruden-
tē domificatōē vel prudentē nauā: tales aut
prudentē secundū quid sunt simplr quedam artes
sicut infra magis dicitur id enī licet tales electio-
nes possint dici actiões secundū quid: tñ simplr
dicende sunt factiones. ¶ **Alterius** vt de cōmni fa-
ctione et electione videamus ad quē hñtia spectet.
¶ **Sciendū** qz ars et prudentia habent habitus
sibi oppositos: sicut enī ars est habitus cū p rōne
factiū. ¶ **Ita** habitus sibi oppositus qz pōt dici
athecupa est habitus cū falsa rōe factiū: sicut pruden-
tia est habitus cū vera rōe actiū. ita habitus
sibi oppositus quē vocare possumus astutiam: est
habit: cū falsa rōe actiū sicut aut astutia et a-
thecupa false iudicat in rōtinando: ita scd appē-
tium inepie et viltione eligi ad finē sibi statuit
sed differenter: quia athecupa statuit sibi finē spe-
cialem vt domum aut lectū: quemadmodum ars.
¶ **Astutia** aut statuit sibi finē cōem totius humane
vite scz humanam felicitatē sicut et prudentia et ri-
co astutiam sibi statuere finem ipam felicitatē nō
quocunqz modo: sed acceptam sub eius vlti rōne:
puta secundū qz est vita optima delectabilissima

et p se sufficientissima. sed sepe decipit i iudican-
do que sit illa rea qz est optima et c. ppter qd multi
credentes illā rem esse hñ nozes aut diuitias aut
delectationem corporalem statim volunt talia tā-
qz fines cōes totius vite sue. et ita sunt astuti ex
toto et in nullo prudentes. ppter falsē sibi sta-
re finem a principio: et sunt valde mali: qui autē
vere iudicant quid sit illa res que vere est optima
delectabilissima et sufficientissima tales statuunt
sibi rem illam tanqz finē cōem vite sue ad quē nu-
tūtur omnes suas opatiōes dirigere: qui si aliqz
in posterioribus rōtinando deficiant sunt scdm
hoc astuti non tñ ex toto sed p magna parte: licet
non pfecte dicendi sunt prudentes et boni homi-
nes nunqz enim peccare est valde difficile: ppter
hoc igit bñ pcludebat. Ar. pmo ethicoz loquēs
de tali fine cōi hñtiarum operationum qz ad vlti-
cognitio eius magnus habet incrementū. ¶ **His**
visis rōtinandum est ad dubitationes pū adductas
¶ **Ad** primam dicendum est: qz non est inconue-
iens idem pertinere ad artem et prudentiam scd
aliā et aliā rōem: et per pñs idē est agibile et facti-
bile vel actionē et factionē. domus enī est factibi-
lis. put intendit vt est res extra operabilis: et sic
domificatio est factio: sed domus est agibilis secū-
dum qz ordinabilis in hñtia felicitate: et ita do-
mificatio est actio vnde possibile est qz idē homo
eandē domū simul et semel operef et scdm artem
scdm quā pōt eā facere firmā et stabili et pulchrā
et scd prudentia scdm quā ordinat eā in optimū fi-
nem et possibile est qz opef eā scdm artem et scd
astutia: vt si domificatō faciat domum fortem p-
pter malū finē et possibile est enī vt operetur eaz
scdm prudentia et tñ sine arte vel enī scd astu-
tiam et aliqz scd astutia et athecupa: et si carens
arte domificatiō faciat ppter casū contingentes
qz poterit habitaculū ordinado ipm ad bonū fi-
nē vel ad malū. ¶ **Et** qz idē cū pdictis pū dicit
dū ad scdm dubitationē. ¶ **Ad** terna dubitatio-
nem dicendū est qz diuisio quam Ar. ponit i pmo
magnozum moralium debet exponi scdm exigentiā
pñs dictorum ex illo ei loco hoc solum debet ca-
pi qz actio proprie et pncipaliter dicta est opera-
tio immanens et cuius extra non sit aliqd alterum
pter operationem: quod sit p se terminū in se
illius opatiōis electio enī ē talis opatio: sed nō
puerit scz qz ois talis operatio sit actio ppter
actio spectat ad prudentia: cum visio vel auditio et
vlt omnis cognitio sit talis opatio: debet enī ex
illo loco capi qz ois opatio cuius extra sit aliqd p-
ter operationē. quod est intrinsece et p se terminū
illius operationis est factio: sed nec ob hoc dicit
dū ē qz sola talis opatio sit factio ppter factio spe-
ctat ad artem pta prudentia qm cūqz risare et equi-
re et cantare pertinent ad artem sicut domificare vel
fabricare. ¶ **Quod** aut Ar. et plicat de cūqz risa-
re dicendum est qz per hoc nō iudicabat Ar. ex-
emplificare de actione. put actio spectat ad pruden-
tiam sed de opatiōe sibi illi actioni que spectat
ad prudentia qz sibi illa fuit statim declarata vel di-
cas qz exempla non ponuntur vt veras sunt verum
ut itaqz ppter talia dicta Ar. Eustratius et plu-
res alij diuidunt artes in factiū et actiū vocā

ad dubitationes
neqz
Ad primam

Ad secundā
dubitationes
Ad tertiam:

Eustratius
videt artes in
actiū et facti-
uas.

Liber sextus

res illas factiuras ex quarum operationibus aliqd puenit extra operatū pter opationē. vt ars fabrica-
lia z domificatoria. Illas autē vocat actiuras ex q
rum operationibus nullum puenit extra opera-
tum pter operationem seu vsum: vt ars equita-
di vel citharandi. Et si quis ita vult dicere pla-
cet mihi quia nomina significant ad pln. tamē sic
dicendo. ars et prudentia nō distinguuntur vni-
uersaliter per esse habitum factiuum et habitum
actiuum. quod tamen intendit Ar. in hoc loco z
quicquid dicitur de nobis. oportet ea que dicta
sunt intelligere. solumus prudentiam ab arte p
fecte distinguere. ¶ Ad quartam iam dictum ē q
non est inconueniens domificationem que prope
est factio z spectare ad artem z ad prudentiam se-
cundū aliā et aliā rōem: et sic posse dici actionem
non pncipaliter: sed scdm attributionem. De spe-
culatione autē dicendū est q ipsa non est actio ppe
prout actio spectat ad prudentiam. Nec ipsa spe-
ctat ad prudentiā tanq act⁹ prudentie tamen pce-
di debet q ipsa pertinet ad prudentiam sicut obie-
ctum prudentie eligibile per prudentiam vel sicut
finis volibilis gratia cuius prudentia precipit eli-
gere que ad speculationem ordinant. Speculari igitur
non est actus prudentie: sed sapientie. vel ali-
cuius habitus speculatiui: velle autem speculari
vel eligere studere gratia ipsius speculari: ē act⁹
prudentie: sed speculari enim quod est act⁹ sapie-
tie excedit actum prudentie sicut finis ea que sūt
ad finem. propter quod dicit Ar. sexto huius: q
prudentia precipit gratia sapientie sed nō illi pōt
nō concedi q speculatio dicitur actio secundū attri-
butionē q ordinē habet ad actionem q est actus
prudentie sicut eius obiectum vel eius finis. vel
pncipium. ¶ Ad rationes principales dicendū
q prima z secunda z forte omnes alie pcedūt de
actione z factione sumptis cōter. sic ei pmissue
capiuntur tanq symonia sicut dictum fuit. Et si
tertia ratio aliud tangat. tamen eius solutio satis
patet ex dictis

secundo huius. sed homo non dicitur secundum
artem bonus homo. quia multi artifices sunt val-
de mali homines. ¶ Item virtus non est virtus
quia sic procederetur in infinitum. sed ars est vir-
tus vt dicit Aristoteles igitur et cetera. ¶ Oppo-
situm vult Aristoteles dicenda sunt duo. Primo
q omnis ars est virtus quedam. Secundo q nul-
la ars est virtus hominis secundum q homo.
¶ Prima conclusio sic probatur virtus diffini-
tue vel descriptiue est qui habentem perficit et
eius opus bene reddit vt patet secundo huius.
sed ois ars est huiusmodi probatio quia habens
artem proprie est intellectus factiuus quem in-
quantum est factiuus artes perficiunt: vt notum
est de se. opus autem intellectus factiuus vt facti-
uus duplex est. scz interior et exterior. Interior ē
rōcinatio ad iudiciū de factibilibus. cuius oper⁹
bonitas est veritas. ad quā ars determinat intelle-
ctum factiuus opus autē exterior ab interiori ope-
ratum est regular. id ē eius bonitas nata est ortus
habere a bonitate operis interioris. propt quod
Aristoteles vult q ars reddit opus intellectus fa-
ctiuus bonum z bene se habens. Item virtus atten-
ditur secundum maximum et optimum opus in
quod potētia potest intellectus factiuus secun-
dum quod est factiuus est verum dicere circa fa-
ctibilia. z ad hoc ars determinat intellectum igitur.
¶ Secunda conclusio probetur sic. Alia
non est virtus hominis secundū q homo. que non
reddat hominem bonū hominem simpliciter pscdm hui⁹
sed ars nō reddit hominem simpliciter bonū hoīes
quia multi sunt docti artifices z experti. qui sunt mali
hoīes. puta lēperati aut iusti. nec mirum quia p
artē domificatoriā z scdm aries erigentiā pōt do-
mus fieri in se bona firma z pulchra. ppter malū
finem. sicut propter bonū et ita male humana ma-
licia. Item virtus hominis attenditur secundum
maximum opus z optimum i qd hō pōt: sed optimus
opus in quod homo pōt. nō est circa factibilia cir-
ca que est ars. sed vel circa agibilia vt circa specu-
labilia. cum circa obiectum nobilius debeat esse
opus nobilius et melius. id ē. Item virtus aliu-
tus non debet attendi secundū eius partem infe-
riorem vel viliorem. sed vel scdm se totū. vel scdm
partē nobiliore z excellētiore a qua totū maxime
natum est notari sed intellectus factiuus est pars
inferior q intellectus actiuus vel speculatiuus
ideo z c. Dicam igitur q singulis ptribus vel potē-
tiis in hoīe habentibus alias z alias operationes
attribuende sunt alie z alie virtutes. ppe determi-
nātes eas ad optima opa i que pnt. alia enī ē vir-
tus oculi alia manus: sed nulla virtus partis vel
potētie particularis debere dici. virtus totius sim-
pliciter. nisi virtus partis seu potētie principa-
lissime si in totum non habeat potētiā distinctam
a potentia singularibus partium. tunc non est in-
conueniens virtutem partis pncipalissime totū si-
pliciter attribui quia sicut dicit Ar. nono hui⁹
quemadmodum ciuitas principalissimum esse
videtur. sic et homo. et omnis alia congregatio
igitur quilibet ars erit virtus. non hominis se-
cundū q hō. s. intellectus factiuus i ordine ad obiectū
illi. artē vt ars domificatoria intellect⁹ domificatiui

Quinto
duplices
probatio pme
Duplex op⁹ in
tellect⁹ factiu⁹
probatio scdm
conclusionis

Ad quartam

Ad rationes
principales

Ad octauam
Arguit pmo

Secundo

Tertio

Quarto

Ethicorum

cxv

et sic de singulis. ¶ Ad rationes igitur responde-
dum. Ad primam dicendū q virtus nec ē passio
nec est potentia ppe. sed est dispositio vel habi-
tus potētie determinans potentiam ad optimū
eius opus. quandoq tamen vtumur large nomine
potētie extendendo ipsum ad habitus vel dispo-
sitiones verarum potentiarum: et ita artes et oēs
virtutes possunt dici potētie. sic enim dicit Ar.
pmo rhetorice q virtus est potentia acquisitiua
bonorum et seruatiua z potētia benefactiua mul-
torum. ¶ Vel dicendum cū pntes z malitie sūt de-
terminationes potentiarum ad opposita se habē-
tium ars dicitur virtus in quantum determinat
intellectum factiuum ad vere iudicandum circa
factibilia: sed quia in ordine ad opus exteri⁹ ars
se hys ad oppositū quoniam sicut per artem medici
ne medicus potest sanare ita potest interficere. id
artes vt sic vocantur potētie: z indigent ad sim-
pliciter bene operandum alia virtute determinā-
te eas videlicet prudentia aut morali virtute id enī
bene dicit Ar. q artis erat virtus. ¶ Ad aliam
dicendū: q nulle artes prohibent ea ratione qua
sūt pntes scz determinātes intellectū ad vere iudi-
cā: sed ea rōe q possum⁹ eis male vti quo ad opa-
tiones exteriores per nram maliciā. non igit ppe
se phibēt: s. ppter nram maliciā ne eis armemur
seuissima enim est iustitia habens arma pmo po-
tētie. ¶ Ad aliam dicendū q ars reddit interi⁹
opus intellectus factiuus bene se habens: sed non
determinat perfecte opus exterius. nec ipm appe-
tit ad simpliciter bene habere sed adhuc indiget vir-
te dicitur. ¶ Alia rō bñ. pbat q ars non ē vir-
tus hoīs scdm q homo. ¶ Ad vltimā dicendū
est q artis nō est virtus i quātū ipsa est virtus: sed i
quātū determinat intellectū ad vere iudicā: s. bñ
indiget virtute quo ad op⁹ exteri⁹. ad hoc q or-
dinet i bonū finē: q sic erat oppositū. et magis
habebat modū potētie q virtutis vt dictum est.
¶ Non queritur. ¶ Trum prudentia sit
virtus intellectualis. ¶ Arguitur q
non quia habitus intellectuales vi-
dentur posse amitti per obliuionem
sed prudentie non est obliuio vt di-
cit Aristo. z c. ¶ Item virtutes morales distin-
guntur igitur intellectuales secundo hui⁹. sed pruden-
tia videt cē pntes morales auctate Seneca q sit
determinat de ipātia z prudētia fortitudine et
iustitia tanq prudentia esset virtus moralis sicut
z alie tres. ¶ Et pfirmat q videt q ad morale nō p-
tineat principaliter determinare de virtutibus ni-
si de moralibus z q si de alijs determinet. hoc est
intentione secundaria. pur scz scdm pueniētiā et
dīaz virtutū moralū ad alias virtutes ignotē cū
nobis virtutes morales. sed oēs morales de pru-
dentia determinauerūt ergo ipsa est virt⁹ moralis
¶ Item Ar. volens ostēdere q suspitio et opi-
nio non sunt virtutes. adducit istud medium: q
suspitione et opinione cōtingit falsum dicere igitur
ille habitus nō ē virtus quo ptingit falsū dice-
re s. hūm prudētie ptingit falsū dicere videlicet ppe
inuincibilem alicuius circūstantie ignorantiā qd
etiā apparet de legislatoribus q scdm prudentiā
leges frrevidentur. et tamen leges aliqui fuerunt

vt vbi nō ē possibile recte dicere vt. sicut dicit
Ar. in quinto huius. ¶ Et itez q habitus iudiciā
te de his q latet. ptingit fm dicere: prudentia aut
sepe iudicat de his que latent quoniam pruden-
tia est circa singularia z cōtingentiā vt dī in hoc
sexto: constat aut q non oia singularia circa que
ipsa iudicat sunt i pntia sensus. vt si prudētia rō-
cinetur de inimicis inuadēdis vel repellēdis nō
opz inimicos esse pntes: sed contingentia cū
sunt extra sensum. latent vtrum sunt aut non sūt
sicut dicit Ar. in hoc sexto. ¶ Et si rōndecimo me-
thaphisice dicit Ar. z pmerator q singularia cū
recedunt a sensu possunt corrumpi ideo nō rema-
nebit de his certa cognitio sed estimatio tantum.
¶ Itē opinio z suspitio non sunt virtutes vt dicit
Ar. sed prudentia sepe nō tranfcendit certitudi-
nē opiniois aut suspitiois: quod p q iust⁹ iudex
nullū fert iudiciū nisi prius determinatum per
prudentiā et pclusum. qnq in iudex ad iudiciū de
terminationem nullas habet nisi pbabiles vt su-
spicabiles coniecturas solā opinionē vel suspitio-
nem generantes id ē. ¶ Oppositū dicit Ar.
hic z in principio magnorum moralium. Dicendū
est q prudentia est habitus intellectualis. ¶ Se-
cundo q ipsa est virtus. ¶ Primo patet quia p p-
dentia nihil aliud intelligim⁹ q habitum determi-
nantem aiam ad verū dicendū circa agibilia s. ve-
rum dicere spectat ad intellectum non ad appeti-
tum seu aliā aie potētiā ideo z c. ¶ Scdm pclusio
pbat quia omis habitus determinans potentia
aliquā ad eius opus optimū est virtus illius potē-
tie. virtus enī attendit scdm maximū in qd poten-
tia potest vt dī primo celi. ideo etiā dicitur septio
physicor q virtus est dispositio perfecti ad opti-
mum scz ad optimū opus. sed que dam aie potē-
tia est intellectus practicus seu actiuus. z pruden-
tia determinat ipm ad eius optimum opus scz ad
recte ratiocinandū circa agibilia z vere dicendū
de eis prout est possibile. ergo prudētia est virtus
¶ Propter solutionē pme rōis scdm dī q ex hoc
obliuio circa qdā hūm intellectuales ptingere videt
q tales habit⁹ non sepe trāscūt i actuale op⁹ geo-
meter enī nō obliuiscit geometriā. si circa geome-
tricalia sepe speculet. possibile autē est vt habēs
aliquā speculatiuā sciam vel aliquā artē: non se-
pe pnsideret circa illā. hūm gfa geometer vel domi-
ficator possibile est vt fiat mercator et circa opus
domorum vel geometrie considerationē relinqr.
propter quod facit i his accidit obliuio. Sed
prudētia pntes ē pntibus moralibus nccia pntēdis
sicut dicit post: z est actiua circa obiecta oim vir-
tutū moralū. ppe qd nec ē prudētie opari cōti-
nue scdm pntē p totā vitā nisi forte phibeatur i
firmitate tollente vsū rōis affunt enī sp nobis ob-
iecta prudentie z pntū moralū. circa q oz opari
et exercere opa prudētie z virtutū moralium non
est aut possibile pntē nō opari bñ qnq opz
si pōt q non esset pntē as. hec ē ei rō propria vir-
tutū q ipsa sp opamur qd opz. z quōd sic de alijs
circūstantiis ptingit q prudentie non est obliuio
non ex eo q non sit habitus intellectualis s. ex eo
q necesse est prudentem pntē scdm eā opari hāc
enī rōem dedit Ar. scdm hui⁹ de permanentia vir-
tutū

Quarto

Quinto

In oppositū
duplices
probatio pme

probatio scdm

qre accidit obliuio
circa a
liquos hūm
intellectuales

Liber sextus.

tutū, et suarū opationū sunt enī vt dicit pmanētiō
res disciplinis. et spēaliter honorabilissime, ppter
maxime et maxime vivere i ipis continue beatos
hec enī assignatur rō eius qd est circa ipā nō fieri
obliuionem. ¶ Ad pma igit rōem dicendum est
q prudentia nō ē p^o moralis put moales ptra
iūellectuales distigūf. sed pcedi pōt moralis scōz
pnerionē qz moralibus nō cōio pnera. pōt etiā con
cedi moralis directiue qz dirigit oēs virtutes mo
rales in suis opationibz. nō ei inclināt pntes de
prudentia determinare maxime pntet ad moralē
¶ Ad aliā rōem videt. Eūtrai^o duplicē assigna
re rationē. pma est q licet ars prudentia qnqz
decidant a vero ppter obiectū ptingentiū varia
tionē tñ vt in pluribz vix dicunt. et iō inter hūus
veridicos reponunt. Sed ista solutio nō vī suffi
cere qm tunc opinio pōt ēst hūus veridicus. et
ēst ponenda virt^o. qz opinio ē vt i pluribz verū oī
cum^o. pte ista solutio videt pcedere q prudentia
qnqz pūgat dicere f l m qd Ars. negare vī dicens
firmitas qd vix dicim^o. et neqz mētimur circa nō
contingentia. vel etiā pūgētia aliter habere scien
tia et prudentia ē i sapiētia et intellect^o. ¶ Alia so
lutio eius est q ars et prudentia qm est ex se sūt hū
us veridici q aut aliqū dicit falsū non est ex eis
sed ex instabilitate ptingentis circa quod versant^o
dicit enī q prudens semp recte et vere rōcinat^o. ex
cidit aut a fine multotiens quē pposuit a pncipio
non vt ipse falsus dicens. sed vt subiectis ipis cō
mutatis: non igitur ille vituperandus qm fine nō
potuit ēst: sed laudandus quidem qm bñ rōcinā
tus ēst: ars igitur et prudentia sunt habitus scōz
seipos veridici finē aut quādoqz confed qnqz
non hūmū nō ēst. sed instabilitatis ptingētia. sic aut
nō ēst de optinione. sibi ei scōz seipam non rōe ob
iecti puenit ipa qnqz falsū dicam^o. quod ex hoc
apparet qz sepe falsas hēb^o opiniones circa pōt
sibilia aliter se habere. etiā circa dēū. ¶ Tertia alia
solutio dari potest. quia p^o potētie atēditur scōz
optimū opus i qd potētia pōt. non simplr scōz
exigentia obiecti et circumstantiarum icidentium
non enī attendit oculi pntis in discernēdo pfecte
colores i obscuro imo qnqz maior ēst virt^o oculi
qui possit in obscuro percipere colores puse
qz oculi qui colores non distigueret in lucido. sū
non opz dicere q maior virtute natura producat
rectum: qz monstrum. imo contingere pōt q ma
ior sit virt^o nature. pducendo mōstrū scōz cū rectus
pducere non pōt qz ab erriseco ipedia. ¶ Ad igit
attenditur pntis nature i faciēdo pfectū. qz i faciē
do de possibilibus quod meli^o ēst circumstantiis cō
tingentibus attentis: sic etiā neqz pntis nfi intelle
ctus attendit in sp iudicando vere qd sit p^o aut
melius simplr: sed in vere iudicando quid sit pe
ius aut melius scōm qz ēst possibile scōz materia
subiectam et suppositis hīs que cognoscere ēst in
nfa potestate. et modo eo qua ea cogitare ēst in no
stra potestate. ¶ Si igitur pclusio inuenta p rōcinā
tionē prudentiales aliqñ decidat a vero ppter iūci
bilē aliquoqz in facto pntis iūgnorantiam. hoc
non obstat qm prudentia sit virtus actiui intelle
cti. Et p hoc etiā nō dicit ad vltimā rōēz. pmo nōqz

casu q de agibili nō possemus firmiorē habere cō
gnitionē qz p^o probabiles vī suspicabiles plecturas
solam in nobis suspitionē vel opinionē genera
tes tñ prudentia scōm talē notitiā pcluderet hoc
aut illud esse agēdū vel fugiendū. id nō ēst incon
ueniēs aliqñ rōes solā opinionē vel suspitionē
generantes spectare ad pntē actiui intellect^o. sed
circa ea de quibus ēst i potestate intellect^o. firmas
et infallibilē habere notitiā demonstratiuā. opio vel
suspicio vel alii qnqz hū^o q ptingeret dicere falsū
nō ēst p^o intellect^o. sed solū scia intellectus vel
sapientia. Et hec de questione.
¶ Secundo qrit. Ut prudentia sit ab oī
arte distincta. Arguit q nō qz omēs
ille virtutes sūt eadē q sūt circa idēz
obiectū et ppter eadē finē: hū^o et maxi
me opatiū^o vī specificare ex obiecto
et fine: sū sic ē de arte et prudentia qz circa idē opat^o
i bello fortis q p prudentia opat et miles q p artem
ppr eadē finē qz ppter vltimā. ¶ Tū dicit Ars. vī
aut prudentia ē bñ posse pūliari circa ipi^o bona et
puentia et pferētia non scōz pte puta qūa ad sa
nitatē vel fortitudinē. sū ad bñ vivere totū. ex qvī
def seq q posse bñ pūliari scōz pte pūet ad ptem
prudentie sū ad totā prudentia: qm ille nō pōt bñ
pūliari ad totū vivere q nō pōt bñ pūliari ad quā
libz pte. sū pūat q scōz multas pūctualis artū pū
git bñ pūliari scōm pte vt artus militaris de hīs q
ad bellū spectat ad victoriā obtinēdā. navigator^o
de hīs q ad nauigū^o. et sic de alijs q tales artes sūt
ptes prudentie. ¶ Ppositū ponit Ars. et pbat qz pru
dentia et ars circa dūcta obiecta pūat hec qd ē cir
ca agibile illa pō circa factibile q nec idē sūt nec
sub se iūcē dūcē: neqz enī actio factio neqz fac
tio ē actio vt dicit Ars. dicēdū ē q ars et pruden
tia totaliter distigūf sic q nec prudentia ē p^o ars
nec aliqz ars ēst p^o prudentie. iparū nāqz multipli
ces dūcē assignatur: vna ēst ex parte obiectorum
qūis enī circa idē obiectū materialr sumptū ars
aliqñ et prudentia operentur: tamen obiecta eaz
formalia p distiguntur ēst ei obiectū artis facti
bile secundum q factibile et obiectum prudentie
ēst agibile factibile qz agibile licet aut eadē res sit
agibilis et factibilis: tamen hoc ēst scōz diuersas
rōes sicut dī. tū sūt prius: dom^o enī ēst factibilis
secundum factionem que ēst motus transiens in
materiam exteriorē quo domus extra producti
tur: ipsa aut ēst agibilis secundum actionem que
ēst interior electio ad faciendum domū ppter hone
stū finem aut turpem et p media honesta vī tur
pia. Ex hac aut dūta sequitur scōz q ars ēst dire
ctiua factionis vt res facta: sū in se bona et perfe
cta prudentia autem ēst directiua actionis scōz ele
ctionis interioris vt sit medium honestum ad ho
nestū finem. ¶ Sequitur etiā tertia differētia
